



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

Candido Lectori T. Bredenbachius S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

CANDIDO LECTORI

T. Bredenbachius S.

**C**Vm libri harum Collationum Septimi  
caput 45. scriberemus, in quo metio sit  
Reuerendi & eximij D. Petri Homphēi  
Decani Palatioli prope Treuiros, contigit nos  
errare in persona eiusdē D. Decani, hac excau-  
sa, quod non facile existimabamus, tres fuisse  
eiusdem familiæ cognomines, idq; uno prope  
modum tempore. Itaq; historia illa de D. Pe-  
tro Homphēo intelligenda est de altero patru-  
ele celeberrimi istius viri D. Petri Homphēi  
quondam Decani Embricensis, qui eiusdē no-  
minis & cognitionis fuit cū Reuerend. D. De-  
cano Palatioli, adhuc superstite, sicuti id ex-  
pistola eius hac de causa ad nos perscripta pa-  
tet, quam, quia non illepidam comprehendit  
historiā, in gratiā lectoris visū est subiugere.

S.P. Eximie & doctissime Dñe. Incundūm  
fuit quod responderis meis literis, grataq; ac-  
ciderint quæ significau. Quæ parentuus  
& maxaq; p̄t̄s refert de disputatione, quæ inter  
Petrum Homphēum & monachū in navi qua-  
dam fuerit, non ego is fui, sed quondam colle-  
ga & familiaris parētis tui huius nominis, ex  
nostra familia patrui mei felicis memorie cō-  
sobrinus, & præceptor quartæ classis Embricę  
(si recte remini) quæ ex patruo & parentibus  
meis audiui, circiter annū 1533. quādo patruus  
meus Scholæ Embricensis Gymnasiarcha fuit,  
qui

I  
timi  
io fit  
phēi  
t nos  
c au  
nisse  
ope  
Pe-  
tru  
hai  
no-  
De-  
xe-  
pa-  
dit  
re.  
um  
ac-  
us  
er  
a-  
le  
ex  
cō  
ce  
is  
t,  
ii

qui & tuum parentem (ni fallor) istuc ad docē  
dum Colonia euocauit. Is Petrus Homphæus  
obijt Pastor ante annos plus minus 49. in pago  
quodam ad ripam Rheni sito, non procul à su-  
periore Laensteine dissito, cuius nomēclatura  
mihi excidit: nam puer tunc fui annorum cir-  
citer nouem aut octo. Euectus postea cum non  
dum excessissim annum 12. per parentes in si-  
num patrui mei Embricā, qui me suo sumptu  
aluit in studijs septennium, vsq; in annum 43.  
Sed de isto Petro Homphæo, cuius parentis tuus  
meminit, fuit præclarí ingenij, in vtraque lin-  
gua non vulgariter versatus, præmatura mor-  
te ereptus fuit, quod audiui Patruum meum  
non sine dolore & gemitibus aliquoties testa-  
ri, postea quoque ex suis fratribus & cognatis  
in patria lamentationes audíui, ob amissum  
fratrem & cognatum, apud quos fuit suspicio  
quod venenum sumpsisset. Nam fortiter se op-  
posuit doctrinæ Lutheri, quæ tunc recēs gra-  
fabantur, & indies latius sparsa fuit. Ceterūm  
aliā narrabo historiam, quam ego ipse ocul-  
lis meis spectaui, & auribus coram percepī, &  
cuius pars ipse fui. Contigit annis plus minus  
ab hinc retrò 20. quādo in Ecclesia patrię meę  
Cochem Pastoris officium sustinerem, q̄ Co-  
lonia r̄ euersus nauigio, patriam repetens, in-  
cidi casu in homines nouę religionis, pla-  
nè inuitus, quia hoc hominum genus quanta  
potui prouidentia semper deuitare, & defuge-  
re consueui, propter rixas, quas coactus fui in  
eadem

eadem naui experiri. Nam clamoris altercationibus diuersarum sectarum dogmata peristropebant. In Ecclesiasticos vero formidabilibus contumelijis, & veluti onustis conuitiorum plastris debachabantur. Intercinebant cantinuclias ex libellis, quos circumferunt in huncsum. Ego ne me agnoscerent, rogatu noctis libellum, obseruatis & cognitis notulis, & reliquis, quae modum & artem cantus indicant, cepi simul modulari, quod non displicuit a fidentibus, rati me suæ farinæ alibi esse concessionatorem. Interea nauis infra pagum Velslinck aliquid remoratur, quod spectarent rugum, ad littus Rheni, vbi eo die subiuit Anabaptista supplicium ignis, qui nondum adhuc sumatibus lignis redactus fuit in cineres. Ad hoc spectaculum præter cæteros unus ingemiscens: En (inquit) Dij boni, quanta tyrannis Pontificum Papisticorum est in tales innocentes martyres, ad quæ ne responderem, non possum me continere. Et quia libellum manute nebam, ex quo cantillabamus, legeram in preparatione authoris, qui libellum ex diuersis con gesserat, verba propè hæc. Gutheutziger Læser / rc. Nachdem zu dieser Zeit das lauter Wort Gottes/ durch viele verschleierte Læser verschlechtert wird/ bin verursachet die wahr Christgläubigen zu warnen für allsolchen falschen Pfarrherrn/ als seim die Papisten/ Calvinisten/ rc. vñ insonderheit die Seelenmörder/ die Widertäuffer/ rc. Hinc mihi sū

p6

p̄fī fundāmentū mēx assertiōnīs. Nam testi-  
monia vera scripturāe sacrāe, authoritās & in-  
terpretatio, doctiss. & sanctiss. virorū, non po-  
tuissent habere tantum fidei & ponderis, quā-  
tū istius libelli confarcinatōr: hoc iacto fun-  
mēto cōpellans hereticū, modestē & ciuiliter  
dixi: iste Anabaptista in isto loco cōbusit<sup>2</sup>, mor-  
tifer̄ suꝝ se&lt;e iustas, ex officio magistratus  
pœnas dedit: ad q̄ ille mihi prop̄e in faciē in-  
filiens (ē regiōne n. mihi sedebat) tu mentiris,  
obgannit, ad q̄ ego nō mētior inquā. Probabo  
assertiōnē tibi (vt puto) fide digno teste, &  
statim libello, p̄ducto, dīgito demōstrauī: in  
præfatione verba q̄ supraposui. Isthāc admira-  
bundus legēs, negabat syncerū esse cōcionato-  
rē, alij verò qui assidebant quatuor aut quinq;  
sui sodalitij, & fortē cōciues, abrepto libello,  
causa vtrinq; audita præfationē relegēdo, ite-  
rū atq; iterum affirmabāt longē doctiss. & pri-  
mē authoritatēs esse in ciuitate Argentoratēs,  
cui reliq; buccinatores verbi oēs facile herbā  
porrigant, hinc incalēscētibus animis longa  
contentione, & disputatione inter ipsos, ego  
liberatus ab hoste, mihi silentiū indixi, & sic  
illēsus & lētus euasi, nō absq; risu apud me, &  
alios, quos habui mēx profectionis socios. Ha-  
bes historiā & rem mea memoria gestā, quam  
non illepidā puto, quē inter cōciuales sermo-  
nes referatur. Datum Confluentiæ ipsis Ca-  
lend. Augusti, &c. Anno, &c. 83.

Tuꝝ R. & E. studiosus

Petrus Homphæus Decanus

Palatioli

Soc. tis. JEW Paderb.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

